



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. VI. Reliquum partis internae explicatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

RELIQVM PARTIS
INTERNÆ EXPLICATVR.

Caput V I.

RO^T Q^VAM id monumen-
tum descripsimus, sequitur
secundæ partis reliqua indi-
care. Laterum partes cum
membris se coniungentes
ex lynci orientali constant B
summa cura fabricatae, atque expolita. Bi-
næ parastadæ magnum arcum efformantes,
& recto hanc partem respicientes ex parte sa-
cellum sustentant.

Nos pro viribus designabimus, quæ au-
tem nequibunt ex verbis deprehendi, deli-
neatio repræsentabit. Ut autem à dextro
monumenti latere ordiamur, focus supra-
pavimentum nitens ex coeleola lapide vario
constat; atque vndique facellum, vt dixi-
mus, circundat. parastadarum basis est ex
Carrariensi marmore, huic parastadæ ni-
tuntur eadem materia confectæ, vndique ex
cauatæ, atquæ lapide aureo textile simili in-
serto, vna cum tenuis nigris vndique am-
bientibus, velut de prima interna parte signi-
ficauimus. Super parastadas capitella se ef-
ferunt ordine Corinthio ex Carrariensi mar-
more, oleæ folia exprimentia. Duo mem-
bra à sinistro Aræ maximæ latere eodem
marmore sunt composita itidem lapide au-
reum textile referente inserto cum nigris tæ-
nijs. Inter hæc membra spatiū existit,
quod præcipuum arcui faciem constituit al-
teri lateri persimile.

Vt autem à pavimento ordiamur, in tali
spatio ostium adeſt, per quod ad facelli sa-
crarium pergimus; cuius limen superius su-
pra se Cherubinum habet, limen loculamen-
ti inferius sustinentem, in quo sancti Iosephi
Confessoris, & B. Virginis locij statua con-
tinetur ex marmore Carrariensi egregiè con-
fecta. Super loculamenti fornici duo mu-
tuli extra apparent cum Cherubino ex albō
marmore, atque ornamenti eadem materia
constructis, quibus clathri ex varijs, & pre-
tiosis lapidibus decorati insunt; & colum-
næ ex lapide aureo textile perfimili constant;
atque cauum retinent quod chorū constituit.
Super parastadas atque membra, epiftilia or-
dine Corinthio locantur, in quorum medio
super chori cymatium ornamenta extra ap-
parent, quibus Puer inest: omnia ex Carra-
riensi marmore confecta. His cymatium

A sustentatur, in quo zophorus consolidatur
ad coronam vnitus, quæ est facelli primaria,
cui magnus arcus adhæret. A monumenti
læua ijdem lapides cernuntur, id est focci,
Bases, Parastadæ, membra suis cum epifti-
lijs, Cymatia, Zophori, coronidis ornamen-
ta, & pueri ex capitellis se exerentes eis persi-
milia, quæ antea descripsimus. Nos ne idem
sepius agatur, tantum indicabimus quod
spatio continetur, quod membra efformant,
vel præcipue huius faciei parastadæ, in quo
S. Caroli Borromæi Aedicula est sita nobili-
bus cancellis ex Carrariensi marmore præ-
cincta, cum marmoreis columnis aureum,
textile imitantibus. Interna verò parte ijs-
dem lapidibus exornatur, de quibus supra di-
ximus, egregiam Aram continens ex magni
pretij marmoribus, atque lyncis columnis fa-
bricata, cum sancti Caroli effigie coloribus
expressa. Ab hoc Altari ditissimum fercu-
lum se attollit, à quo sancti Reliquie asser-
uantur. Hic etiam pavimentum adeſt va-
rijs, & nobilibus lapidibus, nec non egregia
opera confectum. A dextero latere dum
ædiculam ingredimur præcellentes cancelli
occurruunt ære deaurato conditi, Pauli V. in-
signia seruantes, id est Excellentissime fa-
milia Burghesia. super facelli Arcum duo
mutuli extra apparent, Cherubinos, & or-
namenta in medio retinentes, ex Carrariensi
marmore mirificè excupto. Et ibidem
cancelli nituntur, qui vnum Chorum for-
mant, omnia varijs marmoribus compoſi-
ta, & columellis aureum textile referentibus.
Atque hæc breuiter satis sit indicasse, quæ
infra primam coronidem continentur. Hinc
ad sacras historias pictura expressas propera-
bimus, teftoria auro exornata, atque adeo ad
reliqua supra primam coronidem existentia.
Primum autem in huius altera partis medio
super primam primariam coronam fenestra
cernitur, cui huius lateris magnus Arcus est
superadditus. A dextra vel potius in spatio
intra fornici curuaturam S. Ioannes Dama-
scenus coloribus est expressus, sub quo hæc
verba legimus. R E D D I D I T TRVN-
CAM MANVM S. IOANNI DAMA-
SCENO, QVA SCRIBENS PRO IMA-
GINIBVS EIVS PVGNARAT.

Hanc historiam
scribit to. Patr.
Confiant, & lo-
git, etiam apud
Sur. to. 3. de vñ.
sanct. & Lip. 10.

Hanc historiam
scribit Julian.
Pomer. & legit.
in tract. tom. 9.
Biblioth. veteris
Patr. habetur
etiam apud Sur.
tom. 1. die 23.

Iannu. feru.

adice vñfis in

Ecc. Tolerana

mira ait Julian.

fubtilitas atq;

candoris.

Totus

fornici curuaturam nobilis pictura se effert
S. Ildephonsum repræsentans, sub quo talia
annotantur. SANCTVM ILDEPHON-
SVM QVI HAERETICOS PRO GLO-
RIA VIRGINIS CONFVTARAT, SA-
CRA VESTE ORNAT.

Totus arcus opere tectorio est distinctus A auro exornante, quā plurimis Angelis, Cherubinis, & Ecclesiasticis emblematis coruscantibus. In huius medio figura ouata specie formatur, eadem materia, atque auro pernobilis, & in ea Spiritus sanctus instar columbae appetet. In duobus praecipui arcus angulis ad coronæ extreum, vbi idem arcus coniuncti proprium angulum constituunt, bini Angeli pedibus innixi existunt, unus à dextris, alter verò à sinistris. Supra in eisdem angulis ab arcibus deriuatis, coro nide, atque inaurato tectorio exornatis duo Prophetæ cernuntur de Beata Virgine loquentes cum schedula in manibus. Et quidem à dextera est Hieremiacæ effigies coloribus expressa; cuius verba quamvis fuerint superius allata, tamen ad maiorem Prophetæ cognitionem iterabimus, eorum interpretationem omitentes. Etenim necessarium creditur eos representare pro absoluta Sacelli partium internarum excellentia. talia vero sunt verba. FOEMINA CIRCVNDBIT VIRVM.

Ab huius arcus leua Daniel appetet in quadrata figura, vndiq; corona tectorio deaurato circundante; infra quem in schedula eius materię talia legimus. ABSCISSVS EST LAPIS DE MONTE SINE MANIBVS, QVI FACTVS EST MONS MAGNVS.

A dextera huius secunde partis supra scutarij ostium, recto intercisiū arcum respiens super primam primariam coronidem in quadrato, tectorio cum auro exornante. D Sancti Irenœus, & Cyprianus Episcopi cernuntur, sub quibus in schedula talia sunt annotata, SS. IRENAEVVS, ET CYPRIANVS EPISCOPI HAERETICOS VIRGINIS HOSTIES DEBELLANT.

A sinistra huius partis supra sancti Caroli aediculam ad rectum, arcum supra principalem Sacelli coronam in quadrato


opere tectorio, atque auro decorato, miro que artificio exculpto Constantini Copronymi historia depingitur, his verbis in schedula rem exprimentibus. CONSTANTINVS COPRONYMVS IMPERATOR FLAMMIS ARDENENS, ET EIVLANS VIRGINEM PLACARI EXPOSCEIT.

Super hos arcus altera corona cum zophoro se extollit, in qua illorum verborum pars legitur, qua sanctus Ioannes protulit, nosque antea attulimus, & vniuersum peripheriæ Sacelli zophorum circundant, hoc pacto. APPARVIT IN CAELO M V. LIER AMICTA.

A coronæ lateribus Cancellorum externa cernuntur, vnde Sacellum circundatum. Super hanc coronam Parastadarum bases nituntur fenestras diuidentium, ad quas zophorus, cymatium, & tertia coronis progreditur, nec non paruae Parastadæ; supra quas candelabra insistunt; in medio vero clathri, velut in prima parte de Sacelli internis diximus. Supra clathros, quos tympanum determinat huius secundæ partis tholus continetur, in cuius spatio quidam Apostoli cernuntur lētitiam præferentes, nibus innixi, quibus Angelorum exercitus supereminet ob gloriose Virginis triumphum ouantium. à tholi fastigio laternula se extollit ad hanc partem pertinens,

vbi etiam externa tholi comparent plumbo contecta. Super laternulam dracones cernuntur picti-

leam continent, ex qua Crux duabus Aquilis comprehendentibus se effert. Atque hæc de secunda interna Sacelli parte sufficiant.



DE TER-

Hierem. 3. 1.

Daniel.
Vide Iren. et Da-
niel in orat. 1.
de dormit. Virg.
lib. 3. adu. bar.
e. 18.

Iustin. in Dial.
eum Triphoni.
Auguſt. in traſl.
4. & 7. & 9. in
Iean. Cyr. Hier.
cap. 2.

*Legi ipsorum
scripta cont. he-
retic. à nobis fu-
serunt aduersi.
& præcipue lib.
3.e. 28. aduersi.
barretti.*

Vide Zonar. t. 3. an. se vident.
in ignem clivis.
eis diebus.

Appl. 13.